

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Adami Rechenbergi Consensus Orthodoxus Cum Verbo  
Dei, libris Symbolicis & probatissimis Theologis gnēsiōs  
Lutheranis, inprimis Saxonici antiquis, De Gratiae  
Divinae Termino, oppositus Malevolorum ...**

**Rechenberg, Adam**

**Lipsiae, 1701**

**Animadversio**

**urn:nbn:de:bsz:31-105727**

F Alsum est, quod ego Ebr. c. III. pro termino quodam peremptorio, citatis locis allegarim. Gratiam Dei induratis non semper obviam esse ad vitæ usque finem, ex Hebr. III. 13. & cap. IV. 7. constare afferui. Quia ob periculum, ne quis induretur seductione peccati, illud *HODIE* obvium esse dicitur; adeoque præcludi quis possit ab ingressu in requiem. vid. v. 11. & 18. seqq. Obvertitur quidem autoritas Carpzovii, sed is, dum *HODIE* illud extendit ad totum vitæ spatium, ad convertibiles ac pœnitentes respicit, non impenitentes. Nam ipse in *Conc. pœnit.* p. 91. addit: Wenn wir meynen / es sey noch Zeit gnug/ müste doch das Böse nicht eben *HEUTE* abgeschaffet seyn/ man wolle schon nach und nach mit der Zeit eines nach dem andern bey guter Gelegenheit abgehen ic. Ach da haben wir unsere Herzen schon verstockt/ it. p. 95. Ach mein lieber Christ/ es gilt gar nicht Auffschiebens/ Gott will es *HEUTE* haben. Dannhauerus *Hodosoph.* p. 879. Non omnibus, ait, apostatis promisit Deus reiterationem luminis petulanter extinti, Ebr. III. 14. 15. & 17. cap. IV. 1. & 3. Quoad tempus gratiae habet Dominus evanđelex, NB. habet suum *HODIE*, Hebr. IV. 7. Sicut olim in Iudaico populo circumscriptum illud fuit annis, post Christi mortem, quadraginta, aut circiter, NB. in hominibus NB. singulis suum habet ambitum nobis ignotum, notum divinae providentie, qui plerumque ad mortem usq; protenditur, NB. nisi ob gravem contumaciam prius etiam praecidatur. Quem locum D. Pfeifferus supra quæst. II. suum fecit Germanicè redditum.

### QUÆST. X.

Utrum scripturæ oracula i. Tim. II. 4. 2. Petr. III. limitate universalia sint, adeoque ad solos pœnitentes pertineant?

Compilator respondet: Affirmat illud Rechenbergius in Epist. ad Rostensch. p. 23. & in Proposit. p. 21. conf. Pa-  
rænes in ejusd. p. 13. Anim-